

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan.
Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In
Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In
singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

2. De Æternitate Dei.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60588](#)

lis habeant, Deum esse. Sic, inquit Job, *Vice-* 1ob.8. 13
mniūm, qui obliviscuntur Deum. Contra verō: ps. 76.4.
Memor fui Dei, & delectatus sum, & exercita-
tus sum. & defecit spiritus meus: Porrò pecca-
tores confitentur se nosse Deum, factis autem ne- Tit. 1.
gant. Ego & verbo & opere confitebor. 16.

MEDITATIO II.

Quod Deus sit aeternus, & qui est.

PUNCTUM PRIMUM.

LEt aeternus, quod significatur illo Dei nomine: *Qui est.* Nam Moysi querenti nomen ipsius, qui apparebat in rubo, respondit: *Ego sum, qui sum. Et dices filiis Israel. Qui est, misit me ad vos.* Vocatur ergo: *Qui est:* quia nunquam non est. Fuit ergo ante mundum, & omnem creaturam, non parvo aliquo intervallo: sed si annorum millia millionum fingas, ante illa fuit, quia semper fuit: unde & vocatur *Antiquus dierum,* quia quidquid aliquando cœpit esse, novum est. *Dan. 7.9*

2. Deinde perseverat esse absque mutatione 2.
 ulla, & variatione, quod est vere & simpliciter Immu-
 esse, quippe nullatenus deficiente ipsius esse: *Mal. 3.6*
 unde jure vocatur. *Qui est. Ego Dominus, &* *Iac. 1.*
 non mutor. Et apud quem non est transmutatio, *I. 17.*
 nec vicissitudinis obumbratio.

3. Postremo. Erit semper: *Tu Domine idem* 3.
ipse es, & anni tui non deficient. Atque haec est Sinc fine
 aeternitatis. *Ps. 101. 28.*

æternitas, fuisse semper, ut non cœperit aliquando esse: & desitum esse nunquam, ut nihil ei decedat vel accedit, quia utrumque est imperfectionis. Nam si accedit, non habuit esse perfectum: si decedat aliquid, fiet imperfectum esse.

*Apoc.
4. 8.*

Glorificabo igitur ipsum cum cœlestibus choris supplici confessione dicens: *Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, qui est, & qui venturus est.* Et quia peccator, quantum in se est, vellet quodammodo esse Dei destructum, quo impunè peccaret, dolebo me fuisse talem: gaudabo autem de ipius æternitate.

PUNCTUM II.

1. Dei esse à seipso 1. Tim. 6. 16. **Q**uid solus Deus sit æternus, quia essentia liter est, *Qui est*: unde dicitur: *Qui solus habet immortalitatem.* Res cæteræ ex seipsis habent ut non sint: unde ab alio debent accipere, ut sint, nempe à Deo, *Qui est*; & illo subtrahente manum, recidunt in tuum nihilum. *Rem. 8. Vanitati creatura subjecta est*: Et sicut vestimentum omnes veterascent. *Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur.* *Substantia mea tanquam nihilum ante te..* *Ps. 38. 6.* Hoc est fundamentum veræ humilitatis, & submississimæ subjectionis erga Deum, diffidentiæ sui, fiduciæ in Deo contemptus proprij, & divinæ excellentiæ admirationis. Nunquam effe-

2. Hinc humiliatas creaturæ &c.

efferetur ob ulla bona, qui serio cogitaverit
quid sit ex se.

PUNCTUM III.

EO quod Deus est, *Qui est*, continet in suo Dei esse
esse omnes perfectiones absque composi- excedit
tione, modo simplicissimo & perfectissimo; ut omnia.
præ illo creata omnia sunt *quasi stilla fitula*, & Isa. 40.
quasi momentum statera, ut dicit Isaías. Tanti 15.
sunt res, quæ corda mortalium ad se rapiunt,
posthabito ipso Deo ! Quin potius illi ad-
hæresco, *Qui est* ? Ne deficiam, atque ut in
eo omnia possideam, omnium posthac crea- Phil. 3.8
turarum *Detrimentum faciam*, ut illum lucri-
faciam.

O *Qui es!* qui nomen hoc ineffabile, non
Abraham, Isaac, & Jacob, sed Moysi manife- Exod.
stasti pro singulari beneficio, fac illius vim pe- 6. 3.
nitus intelligam, ut post odorem illius curam.

MEDITATIO III.

Quod Deus sit infinitus, & incom-
prehensibilis.

Opportunè consideratio infinitatis & in-
comprehensibilitatis Dei suscipitur, ut cir-
ca Deum humana mens non præsumat, quando
noverit eum non posse comprehendere. Sunt
porro duo modi aliquid efformandi, vel apposi-
tione, vel detractione : pictor apponendo co-
lores